



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1652. usque ad annum 1662

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1779**

**VD18 90119185**

§. 88. Alexandri VII. Pontificis Maximi sollicitudo pro conciliandis  
Principibus Christianis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67372)

Sæc. XVII. diuturnam obsidionem expug-  
 A. C. 1655 runt.

## §. LXXXVIII.

*Alexandri VII. Pontificis Maximi  
 sollicitudo pro conciliandis Prin-  
 cipibus Christianis.*

*Bull. magn.  
 Constit. I.  
 Alex. VII.* **M**agis gloriosam, magisque Christi-  
 ano nomini dignam victoriam re-  
 portabant hoc anno Veneti de Turcis  
 quos ad Sestum & Abydum magna  
 clade represserunt: nec tamen adeo  
 copiosi erant hujus expeditionis fructus  
 ut Cretensem Insulam a tam truculentis  
 ac communi Christianæ Reipublice  
 inimico liberandi firma spes esset, præ-  
 cipue cum Catholici Principes inter se  
 discordes cruentis bellis, ac copiosius  
 Christiani sanguinis effusione se invicem  
 depascere. Ea res intimo doloris  
 sensu paternum Alexandri VII. Ponti-  
 ficis animum laniabat, eapropter die  
 decima quarta Maji solennes Anni festi  
 gratias omnibus Christi Fidelibus in-  
 dulgit, ut sedatis inter Principes Orbi  
 doctos dissensionibus, amissa pax Orbi Chri-  
 stiano restituatur. Hunc in finem in-  
 pense cunctos & singulos hortabatur  
 quatenus Dominum Deum exorent, ut per  
 viscera misericordie suæ fidem Catholicam  
 protegere, ab hostium conatibus & insidiis  
 defendere.

defendere, hæresin extirpare, & Principibus Christianis pacem, veramque concordiam donare dignetur: nec his contentus Pontifex, insuper omnes Patriarchas, Archiepiscopos, Præsules, Clericos, & singulos Christi fideles, ut ad Principum concordiam a Deo impetrandam suas preces interponerent, die vigesima Septembris excitabat, missis ad eos hinc literis Apostolicis.

**VENERABILES FRATRES,**  
*dilecti Filii Salutem, & Apostolicam benedictionem. E summo Apostolatus fastigio Orbem universum, nostras videlicet curas, sollicite circumspicientibus Nobis, misera sane, luctuque plena se offert Christianæ Republicæ facies. Sortem enim Domini, atque ipsius hæreditatem, veris eiectis filiis, alieni sibi diripiunt. Gentes, quas pro Pontificia charitate in nostrum, hoc est, in veræ fidei sinum traducere, arctissimeque complecti voluissimus, hunc ipsum sinum dilaniare conantur, & ruptis maris, atque ultimis terrarum claustris in Christi gregem effunduntur. Male denique concordēs Catholicī Principes in seipsos feruntur, (& quæ olim extrema minatus est Deus inimicis nostris, atque iis, qui insurgunt adversum nos) se invicem depascuntur, & proprio sanguine, quasi musto inebriantur. Hæc eadem jam pridem cum tacite nobiscum doleremus, visum est ei, qui facit magna, & incom-*

Sæc. XVII.  
 A. C. 1655.

Sæc. XVII. *incomprehensibilia, quorum non est numerus, invitos, trepidantesque vocare nos ad Ecclesie gubernacula, atque inclinare in onus immensum, humerisque quamvis firmis formidandum. Testes autem majoris nostri sunt publicæ Supplicationes, quas ubi primum summo Pontificatui commoti sumus, universis indiximus. Testes literæ, quas ad charissimos filios, non solum Ferdinandum Hungariæ, & Bohemiæ Regem Illustrem, ac in Romanorum Imperatorem electum, verum etiam ad utrumque Regem dedimus, & quas iterum cum importunissimum adversarium periclitæ Reipublicæ damna toti Europæ infererem, ac vastitatem inferre meditantem videremus, magno cum animi dolore scripsimus, ut eos a mutuis discordiis in vicinum hostem converteremus, & quas cum mittimus, eos admonentes, ut dum huiusmodi interventu tantisper bellorum impetus recederit, ad pacem constituendam omni constantia atque opera incumbant. Testes hæc omnino unam diem, noctesque obversari animo sollicitudinem, quoniam ad tanta, ac tam acerba mala sedanda, nulla nisi in communi concordia reliqua spes est, hanc omnium cordibus ac voluntatibus inferendi. Verum quia non hoc humanæ vires, aut terræ consilia moliri possunt, sed illius dominum debet, super quem est disciplina pacis nostræ, qui aufert spiritum Principum atque*

atque increpat mare, & obmutescit; Sæc. XVII.  
A. C. 1655.  
*quantum in vobis est, Venerabiles Fratres, ac dilecti Filii, non modo opera, studio, consilio, officiis, auctoritate vestra contendite, verum etiam in oratione, in lacrimis, in jejuniis, atque eleemosynis, scindite corda vestra, arripite thuribulum, hoc est, preces Sanctorum, & medii inter ignem & arsurum populum consistite. Vos qui statuti estis custodes super muros Hierusalem, noctu, atque interdium clamate, atque estote cælestis iræ, ac divinæ ultionis placamina: Exinanite calicem furoris & ruinæ, calicem, pro quo potati sumus doloris & tribulationis meracissimæ. Nobis quippe, quibus non prius, tuto creditas oves suas putavit Christus, nisi postquam iterum ac tertio de amoris magnitudine admoniti fuimus in Petro, quibus solis Sanctuarium ingredi, & ante altare populorum preces Deo repræsentare concessum est, sedulo elaborandum: ne irascatur Dominus, & dicat: Quæsi vi virum, qui interponeret Maceriem, & staret oppositus contra me pro terra, ne dissiparem eam, & non inveni, & effudi super eos indignationem. Hoc enim habet divina ultio, ut tum maxime altissimus sit exorabilis, & ad lenitatem, clementiamque, hoc est, ad ingenium suum redeat, cum in brachio forti, & manu valida gladium exerat, ut feriat. Sint pedes vestri pedes*

Sæc. XVII. pedes Evangelizantium pacem, ut con-  
 A. C. 1655. terantur arcus, & sagittæ, atque im-  
 peret Deus ventis, & faciat tranquil-  
 litatem, quam per vos præsertim assequi  
 vehementer optamus, vobisque Apostolicam  
 benedictionem permanentem impertimur.

## §. LXXXIX.

*Alia Ejusdem Pontificis Consti-  
 tutiones.*

*Hode in vita  
 Lud. XIV.  
 p. 307. t. 2.  
 Nani Hist.  
 Venet. l. 6.  
 pag. 289.*

Quantumvis Alexander VII. Papa non-  
 nisi ad magna natus Pontificatus  
 sui initio suas curas, vires, potentiam,  
 auctoritatemque in commune Ecclesie  
 ac Regnorum commodum effundere  
 crederetur, non deerant tamen, qui  
 illum in minimis abundasse & in ma-  
 ximis defecisse arguerent: unde Ro-  
 mani pro solita sua convitiandi libidine  
 Alexandrum hac satyra desiniebant:  
*Minimus in Maximis, Maximus in Mi-  
 nimis.* Liberius quoque Joannes Ba-  
 ptista Nani de eodem refert, quod in  
 primis Pontificatus sui auspiciis, „quid  
 „quid de illo divulgabatur, nil nisi in-  
 „solitum, generosum, & magnum spi-  
 „rarit, animumque a carne & sanguine  
 „alienum, inflexibilem ad omnia, quæ pri-  
 „vatum commodum, & humanam imbe-  
 „cillitatem redolent, præsetulerit: cele-  
 „brabatur ejus assiduitas in pervolvendis  
 „San-